EPHEMERIDES
REGIJ PROVINCIARUM COLLEGIJ CONSCRIPTÆ

A' CÆSARE ANTONIO MOLINERIJ
TAURINENSI

PHILOSOPHIÆ, ET MEDICINÆ DOCTORE,

INTER PASTORES ARCADES *IL CARTENIO*,
INTER OCCUPATOS SOSPITELLI *IL PUBLICATO*

Ejusdem Collegij Medico Ordinario.

DICATÆ

ILLUSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO DOMINO

FRANCISCO HYACINTO GABALEONI,

Comiti Salmatoris, Anelli, Baldicherij, Collegiorum Provinc. Vigilantissimo Protectori, necnon Regij Comercij Accuratissimo Præsidi.







MONTE-REGALI MDCCXXXIII.

Apud Joannem Franciscum De-Rubeis Typographum Capitularem, S. Officij Reg. Gymnasiorum, & Illustrissimæ Civitatis.
DD, Superiorum Facultate.



Illuſtriſſime, & Excellentiſſime
COMES PROTECTOR.



Enuis Ephemeridum labor, de Regij Provinciarum Collegij erectione, directione, regimine, ac de his, quibus ſervatur Legibus, ac Statutis, penè eſſet inviſus, niſi ſub umbra Patrocinij tui Excellentiſſime Protector occur reret, & in primo ſui Veſtibulo, glorioſi tui nominis Clypeum quaſi immortalitatis dotem, & clientelam præſeferret. Patere ergò, Clariſſime Vir, quod dignitas electionis, & directionis etiam Poſteris eluceſcat..... Inter Præclara Belli Paciſq; decora, Rex ſapiens poſuit in finibus ſuis Pacem, & Populis dedit Theſauros inmarceſcibiles. Edixit enim, quod ex tota vaſtiſſima Ditione accederent centum lectiſſimi Juvenes, Sapientiæ Cultores, inter quos Allobroges, Nicienſes, Pedemontani, & Auguſtæ Prætoriæ, Regiæ beneficentiæ libamina deguſtarunt, & inter Sacros Parietes, incorruptos mores magis magiſque excolerent, & excolendo politiores evaderent non alijs ſumptibus, quam ſtudiorum victima, nec alijs penſis, quã reverentiali erga Superiores obſequio, & tandem Reſpublicæ præeſſe, & prodeſſe valerent. Edito hoc ſaluberrimo adicto, Tibi, & non alijs Rex Augu-

a 2 ſtiſſ-

sissimus bosca commisit Adolescentes, non absimili pacto, quo vinea Dominus accurato Colono steriles, & inutiles Planta: commisit, ut tractando[a] *feraces, utilesque fiant: Unde ut eorum animum alioquin sine cultu rudem, inornatum, agrestem praeceptis aptiorem ornatioremque redderes, delibandam exibuisti dulcedinem CAROLI cum EMANUELIS suavitate coniunctam, quin à recta lance deflecteres juxta dictum*

„ Oderunt peccare boni Virtutis amore,
„ Oderunt peccare mali formidine penæ,

Paterna promulgasti statuta, amara dulcibus miscuisti, & inter Mercurij Triumphos, Iovisque grates non defuit Edicta Diagora contra segnes, nec Nemesis reorum multum neglexit, tali moderamine ut qui pœnas, & qui præmia receperit æquali colat affectu suum verè Protectorem. Memor itaque illius ex Aristot. de[c] *moribus. Inter duo Virtutum genera quæ à ratione proficiscuntur, alterum à doctrina ortum & incrementum recipit, modo Aquinatis Asseclæ Theologos, cum Iasone Iuristas, cum Catone Rectores, cum Galeno Medicos dirigis, exemplo allicis, Virtute probas, & talem te ostendis Adolescentibus qualem Populorum vota desiderant. Quid ergo restat? nisi ut fortunatissimo Regi longos annos, tibique, Excellentissime Protector, tam utilem Populis dignitatē sydera protrahant.*

EXCELLENTIÆ TUÆ

Addictissimus, et Obsequentissimus
M.C.A. Molinetti.

[a] *Godinus D. Thom. 4. p. Phil. moral.* (c) *Aristot. in lib. de moribus.*

CAR-

CARMEN

MELPOMENE interloquitur.


Urgite Pijerides, sacro discedite Pindo,
Frangite torpeotis malè saoa silentia Plectri.
Læta Cohors properet, stipata sororibus, oras
Eridani lustret, Driades, viridesque Napeæ
Auricomis ioeant choreas de more Camenis,
Laureolâ cioctus niteat formosus Apollo.
Sint menses hilares, roseis stet Phæbus in antris,
In nostris aurata vibret filamina Terris.
Sit formosus Ager, non desit gloria Silvis.
Ostcotet Pomooa decus, ridentia Prata
Alliciant vultus, placidi respiria Cœli
Languentes animæ florum, dent Thura superno
Artifici; voliteot medium per inane catervę,
Alligerum pennata Cohors festiva, sonoris
Ictibus, undaotes Caveas perlusttet eumdo
Undarumque Patrem Ticinus, & Abduatangant
Nexibus, ingenti fastu, multisque coronis.
Fortnnata dies presens letissima salvè,
Nulla dehinc major foret, & præstantior ulla,
Domitiane, tuos ridet natura [a] Triumphos
Et labor in sterili fætet delusus[b] arenâ

 Si

(a) *Martial.* (b) *P. Santel. in lusibus Poet. alleger.*

Si peragat vaga Musca, tuos experta furores,
Segnities est turpe bonum, dant otia curas.
Hæropus hoc morbo tactus, struxisse lucernas
Fertur; Adrianus tenues pinxisse pepones. [fas
Sed quid? in extremo, quas ponimus ordine cau-
Præferimus, solidosque leves tentatis honores
CAROLE, tranquilli tua sunt hæc munera Cœli,
Quo regnante vigent Urbes, & Regna quiescũt.
Tu festinatâ mentis morumque (a) senectâ
Virtute antevenis naturam, corrigis annos
Expandens regale decus; sed fertile mentis
Donum pro Populis hæc vis divina coruscat
Hæroum, qui sceptra tenent, & sydera discunt.
Non dedit impuros vitij mercator amores
Omnis amat Pacem populus, sic Pace magistra
Armipotens Rex ipse docet, quo prælia motu
Concludi possint; feriat quo Marte procella
Pleoa Deo fortuna tenet Dominantis habenas.
Des animum, viresque precor depromere cãtus,
Seria res acti, celebres scribemus ad annos,
Quod belli pacisque simul resonare Trophæa
CAROLE Majorum splendor ter maximus, Urbe
Taurini, puri quæ fulget Regia Solis
Nidum pro studijs, letisque levamina Musis
Ornavit fecitque Potens de more Potentum
Et (b) Sapiens sapientis opes emisit in orbe.

Nunc

(a) *P. Camil Audibert Regia Villa.*
(b) *Benignus est spiritus sap. ex l sap. c. 1. n 6.*

Nunc magnifici pompam molire Triumphi
Virtutum numquam pudeat Rex magne tuarum.
Tuque ò Fama, celer gestorum nuncia, pande
Dic Portenta, canas justi magnalia Regis.
Eja age dum nostri gravis inminet hora decoris,
Et sapicotis heri, fastus sitientibus offer.
Rex [a] etenim sapiēs, eūctos custodit Alumnos.

FAMA.

MUsarum veneranda Parens, & delfica nutrix,
Consilio pollens, quid nā, me Judice certas?
An forsan nescis sobolis Portenta Sabaudæ
Cunctis nota Polis, Terris, Cœloque locatà?
Annales legimus plenos dulcedine fastus.
Ferrea [b] BEROLDUM Regnantem senserat ætas,
Vidit quam plures etiam super æthera claros,
Inter quos unus, Cœli radiantis imago
Sydus, permissum terris pascebat egenos.
Venanque [c] suum dixit miracula fulgent
Tum sua sole super spectata novissima sedes
UMBERTOS fortes calamo, gladioque timendos
PHILIPPOS celebres, EDOARDOS Pace magistra
Dictantes belli normas, ab origine Geotis
Longū est Saxonicæ totidem renovare Trophea
Prodigijs animata tamen natura solebat,
Insignes alios gestis decorare secundis

CAROLUS

(a) *Rex sapiens stabilimentum populi* (b) *Ex Thesaur. in Gentol. Saband.*
(c) *Ex Vilingain flor. sant. ei Morosso de gest sub.*

CAROLUS hinc Primus qui debellare superbos
Hostes consuevit non flammâ cordis iniqui
Nec genio prædæ sed tantus amore suorum;
Ex[a] quo promeruit generosi Martis honorem
Laureolas, palmasque simul pro munere gestas,
Hostiles iras plautâ victrice furentes
Conterit, Alter erat Dux Carolus inde secundus
Nomine dumtaxat nummis, armisque potentem
Pax canit ipsa ducem., qui Tertius adstitit orbi,
Insigni bonitate nitens, ut nomen, & omen,
Quod Virtus dederat solito de more perennis
Dux[b] bonus à cunctis sit pro mercede vocari
Alteriusque[c] Ducis Palmæ testantur honores
Infestis infestus erat, metuendus ubique
Pugnandi præcepta docens, modo gaudia pacis
CAROLUS alter opes multas effudit, Olympo
Charus, qui[d] populis placuit, qui legibus Urbes
Ornavit, multisque potens Clarissimus Heros
Dotibus, ethereas meruit remeare per auras.
CAROLUS & noster digna mercede suarum
Munera Virtutum totidem divisa beatis
Principibus collecta tenet, Sate sanguine Divum
Firmasti Populos regali mente revinctos
Cedant Arma togæ, dixisti maximus Heros,
Heú sileat Bellona furens, mauortia Tela
Discindunt Populos, insligunt vulnera muris

Nos

(a) *Rexempend. rencol. Sub D. Albert.* [b] *Carolus bonus.*
(c) *Carolus Emmanuel.* 1. [d] *Car. em.* 2. *Auus Regis,*

Nos viduant opibus, prædantur ſanguine Gazas.
Pacificus Bellator ovas, te Gloria tangit,
Floreſcunt Palmæ, grandeſcunt Pacis olivæ:.
Eſt opus [a] Heroum vitam ſervare ſuorum
Tutari libris Populos & legibus Urbes.
Servabit lætos Pax & ſapientia Cives.

MELPOMENE.

SAlvè ò Terrigenæ celeberrima Gloria Turbæ
Heroum ſublime decus, quæ nomina Regum
Thurecolis, celebreſque notas in marmore faſtus
Eternis monumenta Plagis infixa locare
Sola potes, ne tempus edax, eradat in orbe
Præclarum Regis nomen, quod tota per orbem
Vox clamat læteque omnes cecinere ſorores
Pegaſei fontis latebræ ſylvæque canore.
Nullem quod primos noſtri Regnantis honores
Arcanis incanta tuis ſine lege taceres:
Dic dicenda, Polo ſcribas ſub ſydere fauſto.
Dic [b] faſtus Pacis præſens mirabitur ætas.

FAMA.

AH! ſcio ſolemnes Regali fœdere grates
CAROLUS immiſit, Cives commiſit alendos
Ætate Tuo, Patriæ Tutor, ſua munera [c] centum
Diſcipulis, bis tecta Domus providit, & artes,
Ut

[a] Ex Plutar. vir literat. etuſtuvidit (b) Ex Atlant. Italico.
(c) Teſtantur epiſt. [illegible] an. 1729

Ut discant Castos, Virtutum Dogmata, mores.
His Præceptores commisit, limina[a] curis
Invia construxit, quibus unum dicere fas est.
Plaudite Vos Iuvenum fælicia Germina, flores
Palladis, innocuos fructus, solamina mentis,
Et Patriæ clypeum, satis est servasse sub alis.
Plaudite cum Pacis genio, languente furore
Bellorũ dum Castra tacent, dũ Tympana vestras
Non feriunt Aures, hilares dant Gaudia musæ.
Vos bonus excepit, nec ut olim tristis Apollo
Pro mentis pastu, pœnas optate salubres.
Premia respiciunt vestros cum pondere[b] mores
Protector vester magni EMANUELIS ad aures
Vos utiles Patriæ, gestisque comunibus offert
Per sulcos, tristesque g... ius pulcherima Virtus
Crescit amans, ubi saxa premũt vel dira Procella
Fortior erumpit, despectis inde tenebris
Sunt sociæ Virtutis opes, est obvia virtus,
Pulsans pulsatur, Generosa Puerpera fætus
Edit, arenoso quassata Cacumine, pœnas
Limine sub Primo teneris remeantibus[c] offert
Sed tandem multos maturat feria fructus.
Quæ superant Vigiles mæsto sub pectore curas
Ardua librorum formosa Volumina, noctes
Dulcibus ..eptas somnis, vigilesque dierum
Æstivos Soles, ubi torquet Sirius[d] herbas

Hor-

(a) Ex lib. Statutor Coll. Prov. 16. Octob. dicti anni (b) Ibi numero 20
(c) Ex Sallust... de Sapientia. (d) Ex Virgilio et Homero

Horrenteſque canis, niveo ſub tegmine brumas
Clepſydra totidem conſumptas, Pallade triſti
Ne levis ad doctas Mens vos impelleret artes,
Aut frontoſa Noceos fuerit non regula morum.
Sub tanto vos Rege Deum colviſſe poteſtis,
Ingenioque frui, patrios ſervare Penates,
Theſauros retinere graves, & munera Pacis.
Non eſt cur tanto mireris in ordine geſta;
Grandia Grandis amat, vult fortis fortia, noſter
Armipotens Rex iſta facit Solamina muſis.
In Gemini geminata nitet nunc Gloria Tauri
Virtus in libra pacato fœdere lances
Servat ad exemplum maiorum: Gloria [a] Regum
Deliciæque Troni, Populos numerare [b] perẽnes
Regnorum Sortes ſunt Clari munera Regis
Qui Præceptores ponat, qui Dogmata Vitæ
Civilis, morumque ſuis diſponat Alumnis.

MELPOMENE.

Optima Regnorũ dederas moderamina nobis
Nondum Nota ſatis vel ſplendida nomina
Regum,
Præſertim ſacræ Sobolis Portenta Sabaudæ;
Sed ſi vis pretium factis augere, legendas
Porrige librorum lineas. qui facta [c] ſequntur.
Cuſtodem Muſis, cognoſces vulnere Clavæ,
Lernéis

(a) Ex Tacito hiſt. 1. plu in apor. (b) Ex Ardiano Arma Pudum.
(c) Ex Iovio libr. 18.

Lærneis notum Populis, & Apollinis aras
Tutantem calamo, potius quam fulmine dextræ,
Vt fortis dicatur Atlas qui prælia musis
Temperat, & geticum moderatur Apolline[a]
Martem
Sic Constantinus Bisantia Mænia firmat,
Non solis Jaculis Clipeo, galeaque[b] sonante
Librorum studij metuenda Repagula fecit,
Non gladio vincenda Truci, nec pulveris ausu,
Hæbreum Populum renovato lumine David
Lustravit dum Jura potens Ditione teneret
Hoc restaurando clarissimus Esdra [c] fatigat
Sed tenet augustum veneranda scientia sceptrũ,
CAROLUS hinc magnus, servando limine Regni,
Austriacam, melius nescit retinere Coronam,
Quam calamo & libris, sic Gallia [d] fulsit in orbe
Postquam Doctores, & lumina clara Parentum
Parisijs misere jubar, latioque petenti
Accessit lumen, Ticini gaudia fundit,
Lugdunum, multæque aliæ sub sole micantes
Urbes, queis servavit agens Sapientia muros,
Bellonæ spretis conatibus irrita [e] languent
Spicula Marcelli, latios Cartago furores,
Illudit, muris speculorum dirigit orbes,
Colligat, ut tremulas, Phæbi de corpore flammas,
Mira, Syracusius delecto fulmine Belli

Com-

[a] Ex ovid. (b) Conte in Poli [c] Ex lib. Reg et Esdra
(d) Ex plutarco in luca. (e) Ex eodem in Pompeium

Comperit arma Senex mæstis, combutit in undis
Neptuno trepidante Rates, Romana pudorem
Classis habet, Bellona gemit, sua funera doctæ,
Ingenio fuerant Palmæ, quas Phæbus ab axe
Igne coquit, Viresque capit Sapientia victrix;
Ignarum pariter Mitridatem cęde sepultum
Lucillus Victor docuit, præcepta[a] laborum,
Solus Idumęus studio vacat impius, Astra
Despicit, & mores scit pertractare nefandos.
Ast ubi vera fides stat cum moderamine legis,
Relligio pietasque Tronum tutantur avitum.
Non desunt leges, nec desunt munera legum,
Mars studuisse solet, validi pugnare Tyrones
Possunt, & vastis Gladius tractatur Athenis.
Otia non acuunt ferrum, rubigine[b] tingunt,
Pallas & armorum rigidos non negligit ausus,
Sepe etiam doctæ servit Bellona Minervæ,
Mercuriusque favet Marti, sapientia fortes
Efficit, Augustus, Macedo, multique Potentes
A studijs facti cecinerunt orgia Martis
Palladio monstrante viam, sunt fortis uterque,
Sed fortes inter Sapiens fortissimus[c] exstat. (Ilis
In Regno Rex magne tuo, quis nam obvius Ho-
Jurabit Populos tot Propugnacula habentes?
Librotum telis, florebunt Civibus Urbes,
Et fugient tutis pulsata á męnibus Arma;

Sydera

(a) *Ex Floro lib. primo cap. 15.* [b] *Ex D. Grisost. homi. 29. in Matheum.*
[c] *Animi robur fluit à Scientia ex Plutarco, et Cassiodoro.*

Sydera ſervabunt REGEM, qui dirigit artes.
Franciſcum Gallis linquo, Doctoribus aptum
Pompeium Latio committimus, obvia cunctis
Dogmata ſunt, ſurdo ſub Principe mutus Homerus,
Pallade ſub gelida mores ſunt inde ferini.
Tu qui Doctorum, tot pandis præmia, ſolus
Ipſe Heliconis aquas poteris convertere juſſu
Eridani in ſpumas, ſtudijs ridentibs inſta
Virgilium tua Rura dabunt, aliena recedant,
Munera Virtutum, ſolus bona Germina Regno
Tu genuiſſe potes, *Reges* ſub Sydere fauſto
Influxus fauſtos, felici ſorte dederunt.
CAROLUS obſcuris affulſerat eminus oris
Tamquam Sol Populi luſtravit lumine mentes.

FAMA.

Rimari Terras, ſpeculari Sydera Cœli
Eſt tibi res facilis, nec doctæ inpervia menti
Sed MAJESTATIS ſcrutator ab agmine rerum
Turbatur, triſteſque manent in pectore nimbi.
Permittas igitur quod ſolvam vincula linguæ,
Et Citharâ veros dicam modulamine cantus.
Neſcit Academicos renovare ſub æthere [a] cætus
Hiſtoricus, teneat quin cunctos ſorte perenni
Auguſtos Reges, fuerint qui ſtamina Prima.

CARO-

(a) *Ibi ex Plut.*

CAROLUS en ſextus fundabat limina [a] Pragæ,
Doctorum, magnuſque fuit qui Gallica Regna
Ornavit ſtudijs, Regnantem nomine Calvum,
Atque Ducem ſapientem armis, & corpore doctũ
Hinc tua Regna docent celebres quod CAROLUS unus
Inter Avos, lætis Populis inſtrnxit Athænas,
Montis Regalis Populos implevit honore,
Nicænoſque alacres animo genioque veloci,
Inter Avum celebrem fortunatumque Nepotem
Vivebat Victor Virtutum Rector, & Altor
Doctorum, nec Patre minor tu [b] CAROLE vivis,
Quem Pater incepit, tu comples legibus Orbem;
Quo magis ad Populos convertis munera, duplo
Creſcit amor, cenſus uſuras fænore pingui,
Reddit, corde parans tutam Rex maxime ſedem.

MELPOMENE.

PRincipis eſt ingens decor obſervare tenellos
Affectus ſervorũ extat quoque Gloria ſervis
Munera Regnantum, retinere in corde favillas
Multarum Gratum, videas Pedemontis Athęnas
Fama precor, Veri Tibicen, Clariſſima Cuſtos
Librorũ, invenies ſalnberrima Dogmata Pontis.
Stamina juris erunt, Cravetæ encomia dicunt
Leges, Bagnaſcum, Tepatum, Cernite Cives.

Sola,

(a) *Carolus VI. Carolus Magnus, Carolus Calvus*
(b) *Ex Doctiſs. Juglaris. in lib. de Veritate*

Sola, Leothardus, Faber, Belonus, ad aures
Vertit Academicas, solidasque in munere[a] landes
Respiciunt, jactatque suum modo Nicia Poppum.
Thesaurum Fossanus habet, Morotius oras
Montis Regalis decoravit flumine legum
Ulterius Medicina suos visura Patronos
Sanat pestiferam bene cautus Bucius auram
Dum trepidant Cives, dũ tetra Cadavera vivos,
Inficiunt, docet ille modum, docet ille [b] salutem
Fortis Atlas rigidum pondus tenet ille laborum,
Emergitque Potens Urbi Victoria Bifrons.
Dant purum lumen, formosa Volumina Borgæ
Pro studijs, tota nitet Argenterius Aula.
Quid memorem reliquos humiles, & sanguine claros?
Postera cognovit, presens mirabitur ætas.
Hi sunt de Regno fructus, quos traxit Avorum
Dextra Potens, alios poteris Rex inclite claros
Virtute, ingenio, doctrinâ cernere Cives,
Nec non præclaros poteris prospicere Vates,
Qui tua Gesta canant, nullos peritura per annos,
Spesque viget major, juvenes dũ nutris alumnos,
Queis dat præclarum Veneranda scientia lumen,
Augusto Regi dat fertilis Area messes.
Nobiliora tibi surgent Portenta laborum

Tú

[a] Ex Doctiss. Iuglaris. In lib. de Veritate
(b) Testatur aureum illud opusculum editum de anno 1630.

Tu, qui Doctrinam statuis, Sapientia Terras
Servabit, Sapientis opus confringit iniquos.
Nestorens ergò de Cœlo deprecor annos
Ut jubeas populo, cujus Doctrina reflectit
In speculum morum Vitæ regalis honestum.

FINIS.

Laus Augustissimæ Triadi, & B. M.
Virgini sine labe Conceptæ.



AVCTORIS PROTESTATIO.

QUÆ ſcripſi non alio ſenſu ſcripſiſſe fateor, quàm ut veritati ſerviam, quod ſi paſſim in hoc Opuſculo Vatum, Divinitatum, & ſimilium Nomina expoſui hoc de Poetarum ſtylo intelligendum eſſe volo. Nec aliter profiteor, quàm juxta Pontificum Decreta in hac facti ſpecie promulgata, & Ortodoxæ Religionis integerrimum ſenſum.

PRO *Soſpitellenſi Occupatorum Accademia vidi Opus inſcriptum* Ephemerides Regij Provinciarum Collegij conſcriptæ à Cæſare Antonio Molinerij Taurioenſi, Philoſophiæ, & Medicinę Doctore *Collega noſtro Eruditiſſimo, idque in politiori litteratura tàm in Metro, quàm in ſoluta Oratione frequens inveni. Dat. in Soſpitelli Vrbe die 8. Februarij 1733.*

Abbas Sigiſmondus Alberti S. Officij Conſultor, & inter Occupatos *L' Otioſo*.

V. Calza Reg. Lib. Reviſ.



IN

IN LAUDEM AUCTORIS
EPIGRAMMA.



Surge Poetarum ſplendor Titonia Pallas,
  Tu quæ Doctrinæ lucida Sceptra tenes,
Nonquid Virtutis Portenta perennia cernis,
  Quæ licet in parvo Codice Cæſar babet?
Aſpice Pœoniam Comitem, quo tempore Muſis
  Te Duce, perpetuum Nomeo io Orbe parat.
Mantua Virgilium genuit, ſed Taurus Alumnum,
  Quem Pallas geminis artibus Alma tegis.
Cædant Aotiqui, Galeaſque recentibus addant,
  Tuque inmortali nomine Cæſar eris.
Eja age dum viridi tua cingit tempora Lauro
  Pallas, & invito Cæſare Cæſar eis.

Liberalis Venerius, qui in Auctorem auſpicatur.

